



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 86. Franciæ Regis epistola ad Lansacum suum Tridenti Oratorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæc. XVI
A.C. 1562.

Præfules, qui instanter, ut Sessio die præfixa haberetur, petebant, addentes, nec definiendum esse in proxima Sessione ullum dogma, nisi prius Gallos desuper audiendi opportunitas esset.

§. LXXXVI.

Franciæ Regis epistola ad Lansacum suum Tridenti Oratorem.

*Mem. pour
le Concil. de
Trente.*

Hæc Lansaci petitio consona erat votis Franciæ Regis, qui aliquot ante ejus discessum diebus prima Maij ad ipsum hæc perscripserat: „Regni mei „tumultus indies magis, magisque in- „valescunt, quamvis pro reddenda pace „nihil intentatum relinquam, eapropter „Episcoporum discessum retardavi; hi „enim mihi exponebant, quod ferventibus adhuc hisce dissidiis gregem suum „deferere nequeant, veriti, ne se absentibus falsi Doctores conscenso suorum Ecclesiarum suggestu populum seducant, novisque erroribus imbuant: „hanc ob causam pro Regni mei quiete, ac totius Christiani orbis bono „plurimum conducere censeo, ut Sessio „proxima usque ad Episcoporum adventum differatur, quatenus tanti momenti negotium a me propositum non præcipiti consilio, sed matura deliberatione plurium Prælatorum ex variis regionibus confluentium pertractari valeat:

„valeat: hinc tibi præcipio, ut omni, Sæcul. XVI.
A.C. 1562.
 „qua poteris celeritate ante inchoatam
 „Sessionem Tridentum contendas, eam-
 „que usque ad hyemis initium, si fieri
 „potest, differri efflagites, ut Franciæ
 „Episcopi sedato tumultu iter cum ma-
 „jori opportunitate, ac commodo ag-
 „gredi possint: si vero tam longam mo-
 „ram concedere renuerint, ad omnia,
 „quæcunque fieri placuerit, me para-
 „tum exhibeo, si tamen insuperhabita
 „petitione tua responderent, quod præ-
 „fatam Sessionem præfixa die celebrare
 „statuerint, tunc saltem id impetres,
 „ne quicquam ibi circa Religionem de-
 „cidatur, cum Franciæ Præsules, ut-
 „pote absentes, eorum decreta acce-
 „ptare non possent, indeque majores
 „adhuc in Regno tumultus suscitarentur.

§. LXXXVII.

*Alia Reginæ Matris epistola ad
Lansacum.*

Eadem die prima Maij pariter Regina *Mem. l. c.*
 Mater datis ad eundem Oratorem *p. 180. &
181.*
 literis significabat, quod ex epistola,
 quam vigesima quinta præteriti Mensis
 die acceperat, non sine animi sui læ-
 titia de restaurata ejus valetudine, ac
 itineris prosecutione certior fuerit facta,
 ac summopere optasset, ut is usque ad
 Sociorum suorum adventum Mediolani

L 1 4

substi-